UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sōkratus Scholastiku Kai Ermeiu Sozomenu Ekklēsiastikē Istoria

Socrates <Scholasticus>

Mogvntiae, 1677

XV. Quomodo Evagrio & Eustathio in exilium ab Imperatore pulsis, Ariani homousianos gravissime oppresserunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14233

Visual Library

Epiſcopus poſt Imperatoris diſceſſum ſtatim extremum diem obierat, Valentiniano tertiùm & Valente tertiùm Conſulibus, cum novendecim annis Conſtantinopolitanam Eccleſiam rexiſſet. Quamobrem Ariani in ejus locum Demophilum ſubſtituerunt. Homouſiani vero opportunum ſibi tempus oblatum rati, quendam fidei ſuæ virum, Evagrium nomine, elegerunt: eumque ordinavit Euſtathius, olim Antiochiæ Epiſcopus: qui prius quidem Ioviani Principis edicto ab exilio fuerit revocatus; tunc vero cum veniſſet Conſtantinopolim eo conſilio, ut homouſianorum fidem ſtabiliret, occultus in ea urbe commorabatur.

A ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, εὐθὺς μετὰ τὴν τοῦ βασιλέως ἔξοδον τέλει τοῦ βίου ἐχρήσατο, ἐν ὑπατείᾳ οὐαλεντινιανοῦ τὸ τρίτον καὶ οὐάλεντος τὸ τρίτον, δεκαεννέα ἐνιαυτοὺς τῆς ἐν κωνσταντινουπόλει ἐκκλησίας τὸν θρόνον κατεσχηκώς. διὸ οἱ ἀρειανοὶ εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ καθιστῶσι δημόφιλον· καιροῦ δὲ νομίσαντες δεδράχθαι οἱ τοῦ ὁμοουσίου, τῆς ἑαυτῶν πίστεως εὐάγριόν τινα προεβάλλοντο· καὶ χειροτονεῖ τοῦτον εὐστάθιος, ὁ πάλαι ποτὲ ἐπίσκοπος ἀντιοχείας γεγονώς· ὃς πρότερον μὲν ὑπὸ ἰοβιανοῦ τῆς ἐξορίας ἀνακέκλητο· τότε δὲ παρῆν εἰς τὴν κωνσταντινού-
B πολιν, σκοπῶν τοῦ στηρίξαι τὰ τῆς ὁμοουσίου πίστεως· καὶ κατ᾽ αὐτὴν λανθάνων διέτριβεν.

Caput XV.

Quomodo Evagrio & Euſtathio in exilium ab Imperatore pulſis, Ariani homouſianos graviſſime oppreſſerunt.

Quo facto, Ariani homouſianos de integro perſequi cœpére. Ea res ad Imperatoris notitiam celeriter perlata eſt. Qui veritus ne ex contentione multitudinis orta ſeditio civitatem ſubverteret, militares copias ex urbe Nicomedia Conſtantinopolim miſit: juſſitque ut comprehenſi ſimul ambo, tam is qui ordinaverat, quam ille qui ordinatus fuerat, alius aliò in exilium ejicerentur. Et Euſtathius quidem in oppidum Thraciæ Bizuam eſt relegatus: Evagrius vero in alium abductus eſt locum. Quibus ita geſtis, Ariani inſolentia elati, Catholicos multo acerbius vexarunt: nunc verberibus, nunc contumeliis eos afficientes: alios in carcerem conjicientes, alios mulctantes pecunia: omnia denique malorum genera prorſus intoleranda iis inferentes. Quæ cum illi ferre non poſſent, ſignificandi cauſa Imperatorem adeunt, quo ex parte ſaltem Arianorum violentiâ liberarentur. Verum cum id ſibi propoſuiſſent, ſpe ſua longè exciderunt, quippe qui jus ſibi fieri expectarent ab eo qui injuriarum ipſe auctor eſſet.

Κεφ. ιέ.

Ὡς τοῦ βασιλέως εὐάγριον καὶ εὐστάθιον ἐξορίσαντος, οἱ τὰ ἀρείου φρονοῦντες σφόδρα τοὺς τὸ ὁμοούσιον κρατοῦντας ἐκάκουν.

Τούτου δὲ γενομένου, αὖθις δὲ ἐξ ἑτέρας ἀρχῆς ἀνεκίνουν οἱ ἀρειανοὶ τὸν διωγμὸν κατ᾽ αὐτῶν· εἰς γνῶσιν οὖν τοῦ βασιλέως τα-
C χέως ἔρχεται τὰ γινόμενα· εὐλαβούμενός τε μή τις ἐκ τῆς παρατριβῆς τῶν ὄχλων γενομένη στάσις ἀνατρέψει τὴν πόλιν, στρατιωτικὴν χεῖρα ἐκ τῆς νικομηδείας εἰς τὴν κωνσταντινούπολιν ἔπεμψεν· ἐκέλευσέν τε ἐνταυτῷ συλληφθέντας τὸν χειροτονήσαντα καὶ τὸν χειροτονηθέντα, ἄλλον ἀλλαχοῦ περιορίζεσθαι. εὐστάθιος μὲν οὖν ἐν βιζύῃ τῆς θρᾴκης πόλει περιωρίζετο· εὐάγριος δὲ εἰς ἄλλον τόπον ἀπήχθη. τούτων οὕτω καταπραχθέντων, πλέον οἱ ἀρειανίζοντες καταθρασυνόμενοι, τοὺς τῆς ἐκκλησίας
D οὐκ ἔλαττον τύπτοντες, καθυβρίζοντες, κα[illegible]στους δεσμωτηρίοις ποιοῦντες, χρήμασι ζημιοῦντες, πάντα ἁπλῶς τὰ ἀνήκεστα πράττοντες κατ᾽ αὐτῶν· ἅπερ μὴ φέροντες, ἐπὶ τὸ δεηθῆναι τοῦ βασιλέως ἤρχοντο, εἴπως δυνατὸν μετρίως γοῦν ἀνεθῆναι τῆς βίας· ἀλλὰ τοῦτο σκεψάμενοι, πολὺ τῆς ἐλπίδος διήμαρτον, ὅτι παρὰ τοῦ ἀδικοῦντος τῶν δικαίων προσεδόκων τυχεῖν.